

247
253
574. id 30ma. Julii.

Henricus Galliarum et Poloniae Rex.
ad Senatum Polonum.

Præfati Illres et Magnifici Dni, Nobiles, et
Generosi Equites.

Qui has literas vobis reddet Nobilis vir Zelinus
poterit de valetudine nostra, de tota Italia nostri
itineris, de omni Italia Principum et populorum
ad nos concursu, de summi Pontificis, et totius
Europæ Regum legationibus, de nostra denique
erga vos omnes singulari voluntate et benevo-
lencia narrare vobis, quam prima, que non
poterunt non esse vobis perjuranda, ad quos Im-
perii jure laus nostra, et dignitatis amplitudo
videtur quodam modo pertinere. De statu vero
rerum Galliarum, singulis fere diebus literæ
à Srma Regina Matre nostra, et Regni Ro-
manarum Imperatricis, ex quibus hoc præcipue in-
telligimus, adventum nostrum magna esse inex-
pectatione apud omnes, imo ad solam e' v.
lonia discessus nostri famam seditonum animos,
concidisse motus bellicos, rescidisse et tumultus
qui imminabant, sedatos jam fere esse et pacta-
tos nec dubitandum, quin facillime sine vi ulla
sine cede primo intuitu et conspectu nostro ad
Officium redeant, imo pauci homines, qui dum nos
adhuc

M

adhuc in Polonia esse, nec isthinc discessuros falso
credunt animo, nemini parere, et sibi licere putant.
Ceterum vos brevi Varavia, aut allibi conventu,
vos arbitramur, atque in publicis conventibus
pretermissuros earum rerum, quae ad salutem
Patri nostri, et ad testificandam vestram erga
nos perpetuam observantiam poterunt pertinere.
Quamobrem minime necessarium putamus esse hortari
re vos verbis, ut in eand curam incumbatis, ne ulla
macula aspergatur fidei, quam erga Reges suos
Majores vestri, et vos quoque hactenus religiosissi-
me et sanctissime coluistis. Nobis quema dno,
dum antea ad vos saepe scripsimus, certum est,
et constitutum Poloniae Regno, et magnum
Ducatum Lithuaniae retinere, nec certe ad eand
rem adversus omnes conatus animus unquam
nobis defuturus est, nec vires, nec ipsa quoque
fortuna, aut potius auxilium Dei in tam bona
causa, verum de iis rebus omnibus, atque aliis
multis ingenue agemus, cum illis, quos ad nos
in Galliam missi sunt, interea pacem et securita-
tem Regni nostri, et Ducatus Lithuaniae vobis
obvise commendamus, et hortamur vos etiam at-
que etiam ut depositis omnibus odiis et simul-
tatis, quibus dum de publico bono delibera-
tur in his perniciosius esse, post conjunctis stu-
diis et quietis animis prospiciatis et occurratis
iis malis et incommodis, quae interea dum Lega-
ti nostri in Gallia ad vos cum mandatis nostris
redibunt accidere posse, Regno et Lithuaniae vi-
debunt bene valere. Teravie ultima die Julii.
1574. Anno.